

Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

904. An Metropolitanus possit unire Ecclesias, & beneficia Diœcesium
suorum Suffraganeorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

Ecclesia unio & subjectio eundem, &c. Atque ita facultas uniendo est unus ex casibus reservatis Episcopo, & denegatis inferioribus Praelatis, etiam ad eos pleno iure Ecclesia spectent. Ventrigl. loc. cit. Lott. loc. cit. n. 112, citans Abb. in c. sicut unire. n. 2. Jo. And. ibid. n. 2. Butrio n. 4. Card. Paris. Conf. 36. n. 8. 4.

2. Limitandum tamen hoc ipsum primò: Ita ut etiam Praelatis inferioribus competat facultas uniendo, si habeant jurisdictionem quasi Episcopalem. Garc. p. 12. 6. 22. n. 72. Castrop. cit. §. 2. n. 18. Ventrigl. loc. cit. n. 112, citans Abb. ubi ante n. 3. Caccialup. tr. de union. a. 9. n. 20. & 21. Tholos. de benef. c. 20. n. 7. Horum omnium rationem subiungit Lott. n. 115, nempe quod, sicuti soli Papa, vel Episcopo, aut Praelato habent jurisdictionem quasi Episcopalem concessa est facultas instituendi beneficia, ita iis solis licet ea accessoriè unire; cum per eam unionem extinguatur beneficium.

3. Limitandum secundò: ut licet præscindendo à dicta jurisdictione quasi Episcopali nullus inferior Episcopo habere possit hanc potestatem de jure communali, neque prætextu exemptions; neque, ut dictum, titulo subjectio pleno iure; posse tamen habere illam titulo speciali, puta ex privilegio apostolico. Lott. cit. q. 28. n. 134, citans Rodriq. qq. regul. To. 3. q. 80. 4. 1. eoque vel vero, vel præsumpto ex immemoria. Lott. l. cit. n. 135, citans gl. in Clem. 1. §. ad hec. v. ordinarios, de statu Monachorum. Item habere eam facultatem possit ex præscriptione, nempe quadragenaria cum titulo; cum enim ea non sit Ordinis, sed jurisdictionis tantum, utique est præscriptibilis. Lott. n. 136, juxta eandem Gloss. loc. cit. Castrop. loc. cit. Ventrigl. loc. cit. n. 4. Garc. l. cit. n. 73. subiungens pro binis hisce limitationibus hanc S. Congregat. declarationem super c. 13. sess. 24. quæ sic habet: «āmque unionem facere posse Abbatem, si sibi hanc facultatem uniendo legitimè præscriptis, aut ex privilegio in Ecclesia sibi pleno iure subiecta jurisdictionem quasi Episcopalem habet in omnibus, & per omnia. &c. Quia autem capitulum Cathedrale & Vicarius Episcopi habere videri potest jurisdictionem quasi Episcopalem, aut etiam Episcopalem, de his specialiter queretur infra. De cetero hujus juris seu potestatis nulla admittitur illatio aut extensio, ut si tali alicui praelato inferiori concessa esset, vel etiam ab eo præcripta fuisse facultas instituendi beneficia, ex ea inferri non possit potestas beneficia uniendo, vel è contra. Lott. a. n. 137.

Quæstio 904. An Metropolitanus possit unire Ecclesiæ, & beneficia diœcesis suorum suffraganorum?

1. Respondeo negativo; Ed quod nihil in his diœcisis possit, seu nihil jurisdictionis habet, quam quod à jure expressum illi conceditur; inter quæ à jure ei commissa non est unio beneficiorum spectans ad jurisdictionem Episcopi suffraganei ordinariam. Ventrigl. loc. cit. n. 5. Azor. p. 2. l. 6. c. 28. q. 10. Ventrigl. l. cit. n. 10, dicens esse magis communem Barbol. juris Eccl. l. 3. c. 16. n. 15. Castrop. cit. §. 2. n. 9. Garc. l. cit. n. 69. Laym. in c. cum in generali, de off. Vicar. in c. citantes Sbrozium de vicar. Epif. l. 2. q. 15. a. n. 2. & q. 116. n. 1. Rebuff. in pr. tit. de union. n. 37. Sanch. in decalog. l. 7. c. 29. n. 12. 3. contra Mohed. decis. 3. de off. vicar. Garb. conf. 300. n. 3. l. 1. quibuscum sentire videtur Lott. l. 1. q. 28. a. n. 12. his motus rationibus, quod unire beneficia sit jurisdictionis ordinaria, & quidem contentiosa; cum actus unionis subficiente causâ exerceatur etiam in invitum; omnia

P. Leuren, Fori Benef. Tom. III,

Episcopus (quem ait stante justâ causâ teneri unire, citato pro hoc Riccio in pr. p. 1. refol. 385. in fine, Archid. Mandos.) legitime interpellatus negat unionem gravat, & sic parat viam justam appellatio, quo casu, cum proprium sit appellationis, suspendere & devolvere negotium, Metropolitus possit validè unire beneficia diœcesis suffraganei.

Quæstio 905. Quid possit Legatus Pontificius circa uniones beneficiorum?

1. Respondeo primò: Potest Legatus à latere unire beneficia provinciæ sua ex causa iusta & legitima; quia in Provincia sibi demandata est Ordinarius, & jurisdictionem ordinariam, non secus ac Episcopum in sua Diœcesi, imò majore habet, quam episcopus, vel alius Ordinarius. Tond. qq. benef. p. 3. c. 200. n. 16. (qui etiam p. 3. c. 126. n. 13. ait, possit legatus faciendo unionem derogare iuris patronatus Ecclesiastico, non adhibito patrouri consensu, ut idem tradit Barbo. juris Eccl. l. 3. c. 16. n. 50.) Lott. l. 1. q. 28. n. 116. & 117. Ventrigl. cit. §. 2. n. 7. citans Barbos. ubi ante l. 1. c. 6. de legat. n. 55. Azor. loc. cit. q. 8. Garc. cit. c. 2. n. 65. citans Abb. in c. sicut unire. n. 5. & 6. Rebuff. in pr. tit. de union. n. 24. Gamb. de pot. leg. l. 5. n. 40. Per. de Peru. tr. de union. c. 4. n. 3. & c. Castrop. cit. §. 2. n. 15. citans insuper Sanch. in decalog. l. 7. c. 29. n. 158. Riccius & e. Quæ in contrarium opponi possunt, vide diluta apud Castrop. l. cit. n. 16. Addit Garc. limitationis aliquid quod unire possit omnia, quæ conferre potest. Sed immixtò, quia & Episcopus unire potest, quæ conferre non potest, ut dictum paulo supra, puta, reservata, vel spectantia ad collationem inferiorum, requisito tamen eorum consensu. Sed neque Legatus à latere facere potest uniones ad temporis, seu ad vitam tantum, nisi ad hoc habeat à Papa speciale facultatem. Garc. l. cit. n. 83. ex Gamb. l. cit. l. 5. n. 127.

2. Respondeo secundò: Legati ceteri, ex quo conferre non possunt beneficia, ea etiam unire non possunt. Garc. l. cit. n. 66. Castrop. l. cit. n. 16. citans Sanch. ubi ante quæ tamen consequentia, quod, qui conferre non potest beneficia, etiam unire non possit beneficia, tradita à Garc. l. cit. cum Caccialup. de union. a. 3. n. 12. & 14. sic intelligenda videatur: quod, qui de jure ordinario, de quo competit Episcopo conferre omnis beneficia sua Diœcesis, conferre nequit, nequeat etiam unire beneficia, nam eo ipso jam destitutus est potestate & jurisdictione Episcopali, & quasi Episcopali.

Quæstio 906. Quid possit quod ad uniones has Vicarius generalis Episcopi?

1. Respondeo: ex vi Vicariatus, & sine speciali mandato, seu commissione Episcopi non potest unire beneficia. Azor. p. 2. l. 6. c. 28. q. 10. Ventrigl. l. cit. n. 10, dicens esse magis communem Barbol. juris Eccl. l. 3. c. 16. n. 15. Castrop. cit. §. 2. n. 9. Garc. l. cit. n. 69. Laym. in c. cum in generali, de off. Vicar. in c. citantes Sbrozium de vicar. Epif. l. 2. q. 15. a. n. 2. & q. 116. n. 1. Rebuff. in pr. tit. de union. n. 37. Sanch. in decalog. l. 7. c. 29. n. 12. 3. contra Mohed. decis. 3. de off. vicar. Garb. conf. 300. n. 3. l. 1. quibuscum sentire videtur Lott. l. 1. q. 28. a. n. 12. his motus rationibus, quod unire beneficia sit jurisdictionis ordinaria, & quidem contentiosa; cum actus unionis subficiente causâ exerceatur etiam in invitum; omnia

Oo

autem